S. P. Humanitatis tuæ fuit, nullis ut provocatus meis officijs prior non modò ad me scriberes sed etiam meus istic omnibus tuis studijs fouares et amplectereris, utrumque mihi ita carum fuit, ut, nunc per te facto initio tecum constituendæ necessitudinis, nihil deinceps ad eam confirmandam et conservandam desiderare in me possis. Proinde rogo, ut cùm humanitatem et reliquas virtutes viro dignis tanto dignas de supremo loco profitearis, et inculces, tui similis esse peroas; quanquam ego ex vulgari fama, et dete sparsa hominum existimatione addubitare non deseam, quin ad ceteras istas virtutes constantiam etiam sis additurus; Neptis mea valetudinem in meliorem partem sese convertisse libenter ex litteris tuis intellexi, easque quas affers mora excusationes tanquam justas et aequas non gravatim admitto; Nihilque mihi accidere potest gratius, quàm si per omnem occasionem infirmitatem fortunæ et conditionis qua nunc in novo isto suo statu utuntur, tu sublevas patrocinio, et apud quoslibet commendatione. Et in primis quidem apud Nathanem Chytræum virum, ut audio tanto nomine et fratre dionysium, quem ego fratrem dico propter singularem virtutem et constantem mei benevolentiam meritò semper feci plurimi. Eius porrò fratri, quem istic valere authoritate maxima intellexi, si tuis verbis nostra Neptis unà cum marito, tua commendatione innotuerit, fieri non potest quin inde fructum aliquem singularem colligant. Ita;

De Cubo quod addis, faciam dum primum per commodam valetudini licuerit, ne tenere de officio eo à te interpellatus fuisse videbor; paremque per omnem occasionem incitabo juvene eiusmodi, qui mihi propter exploratas tibi virtutes commendas, et Anna mea Neptis suis litteris multis laudibus extulit; adjungam ego meam sedulitatem, et animi promptitudinem, habebisque me imposterum ad omnes res tuas constituendas et promovendas fautorem et auxiliatorem; Interim oratum mihi facies si primo quoque tempore tribus verbis significaveris, quo in cardine Davidis Volderi rerum status hac tempestate versetur, otio scilicet ne fruatur litterario; Quandoquidem in=

Dentro quello

Quandoquidem intellexeram eum ita à studijs feriari, ut non
temerè ab eo aliquis novus inoenij fœtus expectandus foret; sed
suto ipsum rerum et sententiarum dulcedine inescatum, se cont
nere non posse, quin procrediatur ulterius, et ad ista quam sibi
indulgere statuit quiete volens nolens abripiatur, et in litterar
palæstra more consueto decertet, atque desudet, ut tandem ali
quando eam mercedem auferat, quæ ei ejusq; similibus propter
tam præclara studia meritò debetur. Vale, nostrique nominis
studiosos, notos et ignotos meis verbis quæso saluta, et si qui
sint qui propter aliquam eximiam virtutem amicorum album
autere possunt meum, rogo ut eos nominatim tuis litteris noti
fidi facias, atque adeò fac autor Conrardo et Henrico, cœrn
fratribus, clarissimij viri Wilmanni filijs, ut idem in mei or
faciant. Scripsissem porro ad eos, si vacui temporis justum sub
habuissem spatium; tu si harum litterarum lectionem ipsis com
municaveris nihil alienum à tua mea humanitate feceris.

AZEANESMARENIS

Coloniæ. 1596. 30. 10.bris. stilo novato.

Ad. KAI = ΔΛΟΣ ΟΥΓΕΝ - Ξ - ΒΙΟΣ.

Amico amicus

Kar. Utenhovius Karo F

Neochthon

ANNI 1597 · STRENA
DDD. NATHANI CHYTRAEO, IOH.
HILDERANDO reliquisq; virtim et
Ecclesiastis et Bonarum artium professoribus.

Qui cœlos fabricare Novos, terramq; diserto
creditur Esaia teste. JEHOVA NOVAM,
Curriculumq; Anno rursum integrante Novellum
Nos fieri mysam hac vult ratione Novam,
Corporum atque ~~Novum~~ SUTUM vobis precor ille refingat
Pneumaq; firmum intra viscera nostra Nover

Coloniæ · 1596. 30. 10-bris. Stilo novato.

ΣΑΙΞ ὅλος ὦν ΟΥΘΕΝ ζαυρᾶ ἄνευ ὁ-βίος.

צלי אל איז החיים:

Dictante Karolo IANUS hanc MULHEMIUS
Scribebat Utenhovio.

CI. ~.

JOHANNI HILDEBRANDO.

Ωισοτάτω κήρυκι Φρουδεύσολο Ἡ Γοτο.

Wittenberg

BREMAM.

Wohlg Johannes
Hoffmann